

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 55. Nullus post cibum vel potum, quālibet minimum, licet sacram  
Eucharistiam sumit, nisi in casibus ab Ecclesia vel à jure admissis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

173

ac vere penitentia baptimate comparandam. Episcopus Lasciens: Non edebatur olim Agnus Paschalis sine amaris oleribus. *Quam est parificandis animis quam maxime operam dent, qui Iesus Sacramenti participes fieri cupiunt, cuius comparatione impati sunt Angeli.* Episcopus Tarbetensis: Nenquam pro merito liber habet probabilitatem nisi parentem refellit, à novis quibusdam animalium Rectori excoegitata, qui quovis promiscue, quamlibet criminibus oneratis, dummodo prius ea confessi, & respicendi voluntatem, quam frequentissima corundem peccatorum vicissitudine, sicut inanemque ostendit, profecti fuerint, ad divisionem mortali gravissima quædam temeritate procellantur. Recle ergo monet, longiorum morarum interponendam, ut certiora formioraque emendare vires argumenta capionat, & aliquando in solitudine, scitibus ac suspiris infandum, priusquam celesti manna satientur. Non mediocriter gravius sum, cum ad universa Provincia nostra Cetera (unidem cum Episcoporum) doctrinam banc saluberrimam una voce probatam vidi. Guido de Seve, laudissimus Episcopus Trebatensis, in Mandato suo de 5. Augusti 1695. regulâ 10. Qui primis ecclesiis labebantur in peccata gravia, aliquando ad annos decem, aliquando etiam ad virginis à Communione sejungebantur. Et hodie quidem Ecclesia ejus illum non servat, nec ad eam servandum Confessarii suis adstringunt; sed ut minus improbandum non sit, nec halendum tamquam spiritui illius adversum, quod aliquando per Quadragesimam, aut etiam amplius à Communione separantur, qui ad eam non iudevissent, dispossit, quinque olim ob crimina, quorum rei sunt, separatis ab ea fuisse ad annos septem, decem, & virginem.

706 Enimvero id moderno quoque Ecclesiæ spiritui conforme esse, præter dicta num. 702. & 704. S. Thomas indicat opusculo de Sacram. alt. c. 16. dicens, id est statutis suis, ante Pascha, quadraginta dies penitentia, ut iiii peracti in jejuniis, & orationibus, & continencia, & bonis operibus, tunc possint communicare penitentes cum aliis bonis Christianis. Hinc super illud 1. Cor. II. Si nosmet ipsos dijudicaremus, &c. dicit Augustinus: absque mente paucitatis talis sententia proferatur, ut se indignum judicet participatione corporis & sanguinis Domini, ut ad tempus per Ecclesiasticam disciplinam à Sacramento colesti panis separetur.

Idipsum queque propinquius ad tempora nostra Tridentinum indicat fest. 14. c. 5. dum lundat, & merito retinendum dicit morem, qui iam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fiducia fructu observatur... confundi sacro illo maxime acceptabili tempore Quadragesime. Quæ verba S. Caroli Borromei de primis Quadragesimæ diebus, non de ultimis intercessit, dum in primo suo Concilio Mediolanensi tit. de penit. ad Sacram. Penit. moneri voluit à Parochis fideles, ne Confessionem ad hebdomadam sanctam deferrent. Etin A.A. Ecclesiæ Mediol. tit. de Sacram. Penit. Parochus (inquit) ante Quadragesimam monest fideles, qui Confessionis frequenter usum non habent... ne eam diffirant in postremos Quadragesima dies. Similiter Concilium Cameracense sub Maximiliano de Bergis: Admoneri omnes voluntus, ut a principio Quadragesima per ad peccatorum Confessionem preparant, ac dignis penitentie operibus vacent. Ita etiam Concilium Bituricense anni 1581. tit. 21. can. 10. Quibus concinens Bellarmine in notis ad Decreta Tridentini: Non in fine, inquit, Quadragesima confitendum est, ut abusus irreperitur, sed initio hujus temporis, ut olim recte constituta fuerat. Ob finem utique n. 706. à S. Thoma narratum.

Propterè assertioni nostræ, præter hactenus laudatos, suffragantur Emericus de Bonis tr. de Sa-

cram. alt. Merbesius Sum. Christ. to. 2. dissent. 3. q. 3. & 15. Maldonatus apud ipsum. Contenson to. 8. dissent. 4. c. 2. Reg. 2. Natalis Alexander Theol. Dogm. & Mor. to. 3. c. 5. a. 4. Reg. 6. Paulus Segnerus hom. Christ. p. 3. discursu 8. Iveninus de Sacram. dissent. 4. q. 8. c. 1. a. 1. §. 2.

Suffragatur & ratio multiplex (ptaterquam e. 707) nim quod ad id praefigurandum Deus in veteri Testamento voluit Agnum Paschalem sine lactucis agrestibus, seu amaris oleribus non manducari; Joannes quoque Baptista predicavit penitentiam, ut pararet viam Domini, sive Iudeos disponeret ad recipiendum Christum) reverentia tanto Sacramento debita (ut supra dixi ex doctrina Sanctorum) virtutum requirit apparatus, sanctimoniamque per dignos penitentes fructus comparatam. Neque enim subditus, statim aquæ de rebellionis criminis vetum à Rege misericorditer imprecatur, dignus est, qui cum familiaribus Regis ad mensam Regis accumbat. Nec statim aque peccator a gravioris criminis febre liberatus est, continuo idoneus efficitur, qui divinissima Salvatoris carne vesicatur, nisi expurgata superstite humorum corruptione validus efficiatur. Quia, ut Ambrosius 1. 6. in Luc. c. 9. ait, multitudinem illam, que inter deferta querebat Christum, quinque panibus Salvator aluit, non carne sua; quia validiori isti cibo par nondum fuit: Dominus pro uniuscujusque virius imparte nobis aliam dignatur: ne aut infirmum validior cibis oprimat, aut validam exilia alimenta non patient. Qui enim infirmus est, olos manducet, hoc est cibis inservit sue congruentie atatu.

Sed & nonnulli peccatoribus, maxime consuetudinariis, & frequenter relapsis, penitentie opera preparatoria, ante sacram Communionem necessaria sunt, casdem ob rationes, ob quas olim SS. Patres illa requiriunt, etiam ante absolutionem. 1.º quia (experiencia teste) ordinariæ via possibile est, ut fini illis debitum concipiatur de peccatis gravioribus dolorem. 2.º ut ab illis se expediant, & à vita perverba transirent ad verè Christianum, baptismaliumque sponsorum implerionem. 3.º ut ad Deum verè, plene aquæ ex toto corde convertantur, seque taliter convertos Sacerdotibus probent, ut pluribus bus demonstrabilis libro sequenti. His addic quod peccata, saltum carnis, obscenis speciebus obnubilent aique offuscant & conspurcent animum, in coquæ cantent hebetudinem impediunt animi puritatem, ac devotionem necessariam ad hoc Sacramentum rite suscipiendum. Sunt quidem Confessarii hodie multi, qui, ad ista parum attendentes, quoslibet promiscue à Confessionali ad sacram mensam sine scrupulo mittunt. Sed nefio an coram iudicio non reprobaruntur, tamquam dispensatores infideles, qui Sacramenta inconsideratè exposuerunt profanatione impiorum.

### CAPUT LV.

Natus post cibum vel potum, quamlibet ministrum, tunc sacram Eucharistiam sumit, nisi in casibus ab Ecclesia vel à iure admissi.

I D enim Ecclesiastica lege veritum est, in reverentiam tanti Sacramenti, prout constat ex Concilio Cartagineo III. c. 29. Tolentano VII. can. 2. Constantiensi fest. 13. & antiquissima Ecclesia consuetudine, de qua testis est Augustinus epist. 118. ad Januarium: Liquido appareat, quando primæ accepérunt Discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos. Numquid tamen propterea calumniandum est universæ Eccle-

X 3

## Liber Quartus.

174

*Si ut calumniatur Lutherus lib. de abroganda Missa privata, consuerudinem istam vocans furorem favore furiisorem quid a Iesu accepitur? Et hoc vero placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti, prius in os Christiani corpus Domini intraret, quam ceteri cibi. Nam ideo per totum Orben mos iste servatur, ut refertur can. liquidu[m] de Concil. dist. 2.*

709 Hujus etiam mortis meminit Tertullianus I. 2. ad uxorem c. 5. Cyprianus epist. 63. Chrysostomus homil. 27. in priorem ad Corinthios.

710 Verum hunc morem, & rationem, in qua fundatur, Lutherus irridet loco citato: *Festiva (inquit) ratio. Forte nec nebulam, nec aerem prius intrare licet os Christiani, quam Christum. Sed infama est iratio, quasi nubecula vel aer cibus sit vel potus?* Audi (Lutheri) Augustinum, cuius aliquando filium & discipulum te esse protelus es: *Siquid (ait epistola citata) tota per orbem frequentias Ecclesia; quin ita facienda sit disputare, insolentissima infan[ia] et. Illa quippe, que non scripta, sed tradita custodimus, que quidem ratio terrorum. O be observantur, dantur intelligi vel ab ipsi Apostoli vel plenarius Comit[us], quorum est in Ecclesia saluberrima autoritas, commendata atque statuta resimere.*

711 Licet ergo Christus post cœnam instituerit hoc venerabile Sacramentum (ait Concilium Constantiense) tamen sacrorum Canonum auctoritas, & approbata consuetudo Ecclesie servavit & servat, quod huiusmodi Sacramentum nec conficerat post cœnam, nec sumatur à non Iesu, nisi in case infirmitatis, aut alterius necessitat[i], a jure vel Ecclesia concessa, vel admissa.

Verum quidem est in primitiva Ecclesia post commune convivium, ad imitationem Dominicæ cœnæ, sacram Eucharistiam fusile celebratam, ut Augustinus ostendit loco citato, antequam scilicet jejuniū præmittendi lex ab Apostolis instituta fore: in dñi legem istam jejuniū primiū sic institutum fusile, ut exciperetur anniversarius dies, quo cœna Domini celebratur, ut constat ex Cartaginensi III. can. 29. Cypriano epist. 63. Augustino ubi supra. Quem etiam morem apud Aegyptios viguisse referunt Socrates I. 5. c. 21. Soszienus. 7. c. 19. & Nicophorus. 11. c. 34. Sed mos iste particularis universaliter in contrarium confuetudine, atque expressis Conciliorum Decretis & Canonibus ob abusus revocatus fuit. A plebis enim in crupula & ebrietate Sacramentum hoc recipiebatur.

712 Porro jejuniū lege Ecclesiastica ad sacram convivium requiritum, non solum est Ecclesiasticum (ut Godfridus & Joannes Parisienses dixerunt apud Sylvestrum verbo *Eucharista*) sed naturale, ita ut post medium noctem nihil omnino cibi vel potu[m] sumatur, etiam per modum medicinae, ut ex communione totius Ecclesie sensu tradunt omnes alii Théologi & Canonistæ, satisque colliguntur ex verbis Augustini n. 704. relatis, nec non ex Concilio Toletano VII. cap. 1. dicente: *Nullus post cibum potumque, quamlibet minimum, Missas facere presumat. Qui fecis fecerit, excommunicetur.*

Ex eodem Ecclesia sensu Doctores communiter tradunt, non dari hinc materiæ parvitatem à mortali excusantem, ita ut vel ipsi recentiores Casuistæ improbabilem censemant opinionem nonnullorum, qui, telle Hurtado de Euchar. dip. 9. difficile. 11. existimarent peccatum veniale, communicare post sumptum parvam quantitatem cibi vel potu[m]. Quamvis enim abstinentia à parva illa quantitate sit physica & materialiter levis, et formaliter & significative gravis, quatenus Ecclesia per abstinentiam illius significare vult, cibum & potum Eucharisticum cuilibet alteri cibo potuque esse præterendum.

Non violatur tamen hoc naturale jejuniū, nisi tria sequentia concurrant. 1<sup>o</sup>. ut sumatur aliiquid cibi vel potu[m]. Quia Concilia de cibo & potu expressè loquuntur. Si quis proinde ab ore in stomachum trahiceret numimum aureum, globulum plumbeum, vel quid simile, à stomacho nec alterabile nec digeribile, juxta Ledesmam, Cardinalem de Lugo, aliquo communis, non impeditur à Communione, tametii Nigrus & ali⁹ dissentiant. De cera, creta, charta, &c. major adhuc est variatio Doctorum.

2<sup>o</sup>. ut cibus vel potus exterius ingeratur ori, iuxta illud S. Thomæ in 4. diff. 8. q. 1. a. 4. *Quae interioris ingerantur* (ut sanguis, vel alijs humor ē cerebro in os defluens) fine extoris cibi sumptione, non videtur solvere jejuniū nature, nec impedit Eucharistia perceptionem.

3<sup>o</sup>. ut sumatur per actionem vitalem, quæ fit comestio, vel potatio, ita ut glutinatur & abore in stomachum vitaliter trahiciatur. Quia naturale jejuniū non violatur nisi comedendo vel bibendo. Unde si cibus vel potus in stomachum meum non trahiceretur vitaliter à me, sed ab alio per fistulam, non obstatet jejuniū meo. Quia nihil equidem comedimill, nec bibimill.

Nec tolvitur naturale jejuniū, per hoc quidem aliiquid comestibile vel potabile ab ore in stomachum trahiciatur per modum salivæ, id est non formaliter & per se: sed casualiter, & consecutivè ad træctionem salivæ, tamquam illi permixta, vel etiam per modum respiracionis, & consecutivè ad attracitionem aëris. Ita Doctores communiter, cum S. Thomas q. 80. a. 8. ad 4. ubi sic: *Reliqua cibi, remanentes in ore, si casuiter transglutinantur, non impediunt sumptionem hujus Sacramenti: quia non trahiciuntur per modum cibi, sed per modum salivæ. Et eadem ratio est de reliquis aquæ, vel vini, quibus os abluitur, dummodo non trahicantur cum magna quantitate, sed permixta salivæ; quod vitari non potest.* Unde si quis miscetas casualiter per modum respiracionis attrahat & trahicat, & si coquus gustando cibum, aliiquid per modum salivæ trahicat, à Communione non impeditur, ut communiter sentent Thœologi. Secus effet, si ex proprio hoc facret, ut significat S. Thomas, cum ait: *Si casuiter transglutinantur.*

Et hinc si quis vesperi saccharum ori imposuit, paulatinum solvendum & trahendum, ad leniendam pectoris vel fauicum raucedinem, sequenti die communicare non potest, nisi moriter certus sit, se nihil post medium noctem transglutisse. In dubio enim praefumere non potest in jejuniū: cum voluntarie se exposuit periculo transglutiendi aliiquid post medium noctem, contra jejuniū præceptum. Hoc enim tempore somni faciliè fit. Quia tunc saccharis solutio & træctio valde lente fit, & frequenter durat ultra medium noctem. Ita Coninck, Castro-Palao, & nostrar Francisus à Iesu Maria tr. 4. de Sacram. Euchar. c. 7. n. 68.

Ex quo ulterius conficerat, eum qui tam sero cœnavit, vel bibit, ut dubitet, an medium noctem cœnando vel bibendo non excederit, non posse die sequenti communicare. Neque enim (in dubio) rationabiliter praefumere potest, se medium noctem non excedisse, qui voluntarie se exposuit periculo eam excedendi. Inde, in dubio, debet praefumere quod tuus est, in reverentiam Sacramentum: ne exponat se periculo post solutum jejuniū, contra factos Canonos, communicandi non jejunus. Ita nostrar Francisus à Iesu Maria ibidem n. 69. cum S. Thomas Villalobos, &c. contra Sancium, Tamburinum, Rhodz, Gobat, Dianam, &c. lati ridiculæ aientes, tali homini favere possessionem juris communicandi. Quid

<sup>13</sup> à veritate alienum est : cùm nullus possidat jus istud nisi jejunus ; ac per consequens dubia sit juris ieiunis possessio , co ipso quo dabulum jejunium . Nec minus ridiculum est , quod addunt , neganti jus istud , incumbere onus probandi defectum jejunii . Cùm econtra afferent se habere jus illud , incumbat probatio dispositionum necessariarum ad Communionem , juxta illud : *probet autem seipsum bono , &c. & hoc ne , contrâ reverentiam Sacramenti , exponat se periculo comunicandi sine dispositionibus ad susceptionem illius requisitus . Ob quam rationem , is qui evigilans bibit aliquid , nesciens quâ hora ( si post examen perverteret in dubio ) non potest communicare , ut Doctores communiter tradunt , contra Gobat tr. 4. n. 280. & alios apud ipsum .*

<sup>717</sup> Quandonam vero confenda sit media nox , an ad primum ieiunum duodecima nocturna , an ad ultimum , varie sunt opiniones Doctorum . Sed resolutè dicendum , cum Cardinale de Lugo , primum ieiunum campanæ ( post præludium ) horam præcedentem à sequenti distingue , ceterosque solitum addi , ut qui indicem apicere nequeant , horam discant . Hoc enim certum esse , nec ab homine qui artem noverit , in dubium vocari vel ipse Caranuel afferit in Thol. Fund. n. 237 . Ab ultimo namque ieiunio usque ad horam primam non est integra hora , sed à primo ieiunio , ab primo ieiunio tenebris ex ore ejercere cibum vel ponum quem ingessisti , & nondum transfigueristi , ut recte Coninck contra Gobat n. 275 . Scenam non licet potiū primum ieiunum ori ingerere reliquum cratrem , cuius dimidiā partem antē ingesseras , ut facetur Gobat ; nec licet post primum ieiunum , ab ore in stomachum vitaliter trahicere reliquam partem cibi vel ponis , cuius partem antē iam trahceras . Cùm istud ad priorem confectionem vel potationem haud magis pertinet , quâm illud . Nec ille minus cencatur comedere vel biberre post primum ieiunum , adeoque post medium noctem , quâm ille .

<sup>718</sup> Ubi vero plura sunt horologia bene regulata , tamē Probatib[us] permittant comedere & bibere , usquedam media nox sonuerit in ultimo horologio : recta ratio fuderit potius favendum pietati , & reverentia Sacramenti , quâm ventri & voluptati : summa cuim ratio est , que pro religione & pietate facit : idēque celiandum ad primum ieiunum primi horologi . Nec audiendi , qui cum Vericello , Pasqualigo , Caramuel , adēd laxe h[ab]e sentiunt , ut etiam in civitatibus , ubi vel octo sunt horologia bene regulata , auditis singulis , etiam ultimo , dicere possit : Est probabile quod horologium istud incedat uno quadrante citius quâm debet , adeoque quod comedere & bibere censendus non sit post medium noctem , nec solvere jejunium Eucharisticum , qui aliquantum tempore post ultimum ieiunum ultimi horologi adhuc comedit vel bibit . Non audiendi ( inquam ) tum quia dato quod probabile sit quod singula horologia ( si sola spectentur , scorsim ab aliis ) incedant uno quadrante velocius quâm debeant ; id probabile non est de omnibus , nec de ultimo spectato conjunctim cum aliis . Tum quia laxitas illa est contra communem sapientum piorumque sensum & usum ; secundum quem intelligentum est tam antiquum , quâm religiosum præceptum jejunii Ecclesiastici , non secundum speculations Novatirientium .

<sup>719</sup> Tria superfunt discutienda . Primum , an jejunium Eucharisticum violet qui folium tabaci ore sumit & masticat , ad aquas phlegmaticas ex ore projiciendas . Secundum , an etiam qui fumum tabaci per narres attrahit , vel pulverem naribus sumit . Terium , quibus in casibus præceptum jejunii Eucharisticæ non obligat ,

<sup>720</sup> Ad primum respondeo affirmativè , cum Antonio de Leone qq. mor. p. 2. q. 4. & Leonardo Van Roy de Eucharist. c. 8. q. 1. quia plurimæ tabaci particulae , cum succo illius , per illam masticationem ad stomachum semper trahiciuntur . Dum autem trahiciuntur in stomachum , solvitur jejunum Eucharisticum , ut Doctores conveniunt . Aliunt quidem Diana , Prepositus , Lugo , &c. trahitionem illam ad dictum effectum non esse necessariam , idēque jejunum non solvi , si nihil trahiciatur . At ut hoc verum esse queat in speculatione , falsum est vel pericolosum in praxi . Quia præcie loquendo semper aliquid trahicitur , vel periculum est ne trahiciatur . Idēque abstinentiam in Sacramenti & religiosissimi praecetti reverentiam .

<sup>721</sup> Ad secundum respondent etiam affirmativè Antonius de Leone , & noster sapientissimus P. Lezana to. 3. verbo *Eucharistia* n. 16 . Quia fumus ille vel pulvis facile , & uplurimū trahicitur à naribus per os in stomachum . Et quamvis nonnulli existimant non solvere jejunium , quia illa tractio per narres non videtur vera comestro , vel potatio ( quibus solis actionibus jejunum solvitur ) saltem est valde indecorum , meritoque gravissime prohibitum in Diœcesi Tornacensi , in Synodo Mexicanæ III. & Limana III. & Urbanus VIII. Constitutione 131 . sub pena excommunicationis latæ sententia , ipso facto , absque alia declaratione incurrētē prohibuit , ne in Ecclesiis Diœcesis Hispanensis , earumque atris , & ambori , tabacum , sive in folio , sive in pulvere , ore , vel naribus , vel fumo , de cetero sumeretur ; prout antea fieri conseruerat . Sic refert & testatur Van Roy loco citato . Unde non adēd utē id à nonnullis practicatur , quolibet prætextu . Ita post Marchantium noster Stephanus à S. Paulo de Euchar. disp. 4. dub. 5. n. 28 .

<sup>722</sup> Ad tertium respondeo non obligare in casibus ab ipsa Ecclesia expresse vel tacite exceptis . Quorum primus est dum quispiam ad mortem infirmatur , ne fine Communione decedat . Quia necessitas non habet legem . Tunc proinde Presbyter infirmum statim communiceat , ne fine Communione moriatur , prout ex Concilio Wormat. dicitur de Confess. diff. 2 . Nec scrupulosè exceptandi sunt extremi mortis agones , tum ne mors forte præveniat : tum ut vigentibus adhuc animi sensibus homo ad devote suscipiendum tantum Sacramentum sit aptior . Neque etiam scrupulosè statim post medium noctem , vel paulo post , Eucharistia ipsi ministrandā est , ut jejunus possit illam suscipere . Quia Ecclesia contiuncto ( optima legum interpres ) non habet ut importuna intemperativa noctis hora , nisi tunc necessitas specialiter urgeat , ad infirmos deferatur Eucharistia . Hora ergo tam infirmo , quam Sacerdoti commoda expectari potest , nec interim agrotus necessariis cibis , medicinis & solatis defruendus . Nec una tantum vice id licitum est in pericolosa infirmitate , sed sapientius fieri potest , periculo durante , aut post aliquod melioris sanitatis intervallum redeunte , dummodo aliquot diērum servetur intermissione . Ita Doctores communiter contra Vazquez . Quia caselli iste cibus non solū ipsi datur , ad hoc ut satisfaciat præceptio Viatici sumendi , verum etiam in præsidium contra tentationes inimici . Saltem post octo vel septem dieorum intervallum inter unam & alteram Communionem confutudo videatur permittere , ut iterum Communio deum non jejunio . Scio aliquos esse liberaliores , dum trium diērum contenti sunt intermissione . Imd Hurtagius adēd liberalis est , ut id permitat quories jejunus communicare posset . Ait neutrum conforme est Belgicis Ritualibus , nec Ecclesia usū , secundum quem frequentius pro

- devotione Communionem frequentare amans, jejuniū legem servare, horamque ad id opportu-  
nam eingere debet.
- 723 Sed potestne Sacerdos, non jejunus, celebrare, ad dandum alteri Viaticum in periculo mortis, si aliter dari nequeat? Doctores communiter negant. Quia major habenda est ratio reverentiae & dignitatis tanti Sacramenti, quam necessitatibus proximi. Sed haec ratio nihil probat, quia nimium probat: infirmum scilicet non jejunum magis consulere debere dignitatem & reverentiam Sacramenti, quam propriam necessitatibus. Cujus oppositum cùm sit verum, & Sacramenta in hominum utilitatem instituta sint, nec irreverentia Sacramento magis fiat in eis Sacerdotibus celebrantibus in illa extremitate, quam in eis infirmi communicantis soluto jejuniū, videtur mihi probabiliter dici posse cum M.ore, Zambrano, Zanardo, Philiarco, Heredia, Granado, Hurtado & aliis, quod sic Sacerdos non jejunus in tali celebrare posset pro necessitate propria (ut concedunt Cardinalis de Lugo, Palao, Layman, noster Franciscus à Jefu Maria, &c.) ita & pro pari necessitate proximi. Ut pote quem diligere jubemus sicut nosipos, ipse proinde sicut nobis iucurrere. Neque hinc confequentur eti Sacerdotem ad dandum alteri Viaticum celebrare posse sine vestibus sacris, vel in pane fermento. Cum hoc ipi Doctores non permittant ad Viaticum fibitmetiū ministrandum, & a diversis non valeat illatum.
- 724 Secundus casus est, dum post confecrationem Sacerdos recordatur se non esse jejunum, aut sumpto calice advertit se aquam vel acetum confecrare (quam dum lenitus in ore, expuere non debet, ne particulam Dominici corporis simul expiuat, sed audacter sumere potest) quia sacrificii perfecatio majoris necessitatis est, quam jejuniū obliterantia. Si tamen ante confecrationem adverteat se non esse jejunum, pergere non debet, sed ab altari recedat, si possit absque nota & scandalio, monendo adstantes sibi demum occurrere memoriam soluti jejuniū, idēque rogare ut non scandalizentur, si ad obedientiam legi jejuniū ab altari recedat. Ita Doctores communiter contra Gobat tr. 3. casu 23. n. 424. aientur, quod quando Sacerdos incepito iam Sacro, recordatur se non esse jejunum, pergere communiter possit in suo Sacro. Partim quia communiter recedere nequit sine magno suo pudore, & infamia. Partim quia indecorum Sacrum abrumptur, v. g. post Offertorium.
- 725 Sed rationes istae leviuscula sunt. Neque enim verum est, magnam sibi infamiam accersere si recedat, monito populo, ut dixi. Nec indecorum, sed maximè decorum est recedere, in reverentiam Sacramenti, obedientiamque antiquissimi religiosissimum præcepit. Utinam leviusculi ejusmodi de caulis Gobat non infrequentiter recederet a tutioribus & communiter receptis fentientibus!
- 726 Recepta euālentia est, quod si Sacerdos, post calicis ablutionem, inveniat aliquas Domini corporis vel sanguinis reliquias, eas consumire posset, velut Communionem suam consummando. Sic enim habet communis timoratorum Sacerdotum praxis. Idque adeo extendunt Granadas & ali (apud Dianam p. 5. tr. 14. refol. 45.) ut id ipsum permittant Sacerdoti ad Eucharistiam regrefeo, si veiles sacras nondum exerit. Quod tamen non puto verum, nisi reliquias illas decennias servari non possint.
- 727 Tertius casus est, dum Sacerdos, qui confecravit, ante Communionem deficit, nec adest nisi Sacerdos non jejunus, qui sacrificium perficere possit. Doctores communiter. Quia sacrificium perfectio, est de jure divino.
- 728 Quartus casus est, dum probabiliter timetur,

sacrificissimam Eucharistiam in sacrilegas infidelium manus perventuram, & ab ipsis ludibrio habendam, nisi statim absolumatur. Tunc enim à Sacerdote, & (si hic non adit) à Clerico vel Laico, quamvis non jejuno, cum timore & reverentia sumi debet, ut Doctores communiter tradunt, ex rationabili epicea & interpretatione mentis Ecclesiæ, quæ non vult legem jejuniū (latam in reverentiam Sacramenti) locum habere, dum servari nequit sine periculo conculationis & ludificationis ipsius.

Hactenus de dispositionibus ad divinissimum Eucharistiam suscipiendam requisitus, foscauscere quidem egimus; sed de dilecto, & preparacione ad tantum hospitem numquam latis. De ea paucissimus Author Thomas à Kempis l. 4. de Imit. Christi c. 1. Ecce (ait) Nō vir iustus in arce fabrica 100. annos laboravit; & ego quomodo me potero unā horā pre, arare, ut mundi fabricatorem cum reverentia sumam? Si vir iustus & sanctus fit loquitor; quomodo peccator, quomodo Sacerdos non & lapsus in enorme peccatum, tam cīd se ut oportet preparare poterit, ut paucis post horis ad altare litturam accedere possit? Non credebat hoc S. Philippus Neri, dum negabat cum rīe se preparare, qui non nisi mediā horā se ad sacrificandum præpararet; aliena preparacionem illam esse debere continuam ex parte vitæ sacerdotialis. Quod maximè verum est de Sacerdotibus illis, qui five ex Ordinis statuo, five ex beneficio, five alio titulo tenentur ad quotidie vel tæpissime celebrandum.

## C A P U T L V I .

*Nec parvulus, nec adulteriū sacratissimi Eucharistia Sacramenti perceptio, in re, necessaria est necessitate mediū, nec parvulissim voio. An adulteriū necessaria si in voto, necessaria mediū, ad hoc ut accipiam gratiam conservent, in eaque contra tentationes perseverent? incertum. Saltē ipsiū necessaria est necessitate percepti avimi, si sufficiens ad hoc ratione utantur.*

**N**on esse necessariam parvulū nec in re, nec in voto, constat ex sensu & praxi Ecclesiæ, parvulū Eucharistiam subtrahentis. Confer item ex Tridentino fest. 21. c. 4. Eadem S. Synodus docet parvulos, usū rationis carentes, nullā obligati necessitate ad sacramentalem Eucharistie Communionem. Siquidem per Baptismū Sacramentum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa etate amittere non possunt.

Nec adulteriū necessariam esse in re, nec in voto, necessitate mediū, ad primam gratiam comparandam, perspicuum est, ex eo quod hoc Sacramentum ad primam gratiam conferendum per se institutum non sit, cum sit Sacramentum vivorum.

Inde probabiliter Doctores communiter inferunt, nec ipsis necessariam, ne quidem in voto, ad hoc ut gratiam acceptam conservent, in eaque perseverent. Quia, ut S. Thomas ait in 4. dist. 9. a. 1. ad 2. q. gratia semel acquista est sufficiens causa glorie. Unde omne illud, sine quo potest haberis gratia, non est de necessitate salutis; hoc autem Sacramentum gratiam presupponit: quia presupponit Baptismū, in quo gratia datur. Et idem quantum est de se, non est de necessitate salutis.

Huic tamen ratione obstat videatur, quod adulterio, in infancia gratiam per Baptismū adepti, fides actualis equidem necessaria sit necessitate mediū ad salutem, sicut & amor Dei. Et idem à nonnullis